

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

D ante Y

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

**Drusus**, *Drusus*, Vir Romanus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus, & superbus, Catonis avus, de quo sic Cic. 4. de Finib. Conferam autē, inquit, arum tuam Drusum cum C. Graccho eius ferē aequali. Ad illis munus magnificentissimū dedit: Quætor in Asia nullis insignibus uti voluit, nequid ipso esset insignis: Tribunus pleb. Latinis civitatem, plebi as gnos, Equitibus curiam, Senatui judicia permisit. Fuit & ante hunc M. Livius Drusus, cognomento Salinator, qui unā cū C. Nerone collega suo in Consulatu Asdrubalem vicit. Virg. 6. Aen. Quia Decios, Drusosq; procul, & Drusus item alius Cicconis sodalis, de quo 3. de Nat. deor. sic scribit: Cur sodalis meus interfertus domi suæ Drusus, & Fuit & hoc nomine Livæ Augustæ filius, qui in Germania perit: de cuius morte extat Ovidii carmen consolatorium ad Liviam matrē.

**Dryes**, *Dryes*, Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Parthenopæum lethali idu vulnerasset, à Diana sagittis occisus est. Statius: Horrēdumq; Dryanta movet, &c.

**Dryades**, *Dryades*, Ger. *Waldgötter* Nymphæ sylvarū præfides: ita dicit à Græco nomine *dryes*, quod quavis propter quercū significata accipitur tamē pro quavis arbore. Virg. 1. Georg. Ferte simul Faunūq; pedem, Dryadesq; puellæ: Hamadryades autē dicuntur singularum arborum nymphæ, quæ cū iis unā nasci & occidere dicuntur: cuiusmodi describit Ovid. lib. 8. Metam. quercu annofa ab Ericichone succisa interemptam.

**Dryantides**, *Dryantides*, Dicitur est Lycurgus Thraciæ rex, à patre Dryante. Ovid. in Ibin: Utque Dryantidæ Rhodiæ pæta regna tenent.

**Dryidæ**, *Dryidæ*, Ger. *Die weisen vnd geistlichen bey den vntern Gallen*, sive Druidæ, sive etiam Druides, dicti sunt Gallorum sacerdotes, qui de totius gentis controversiis constituebant. Nomen habere creduntur à ditione *dryes*, quæ olim quavis arborem: hodie verò peculiariter quercum significat, quod maximè in lucis versabantur. Plin. lib. 16. cap. 44: Nihil habent Dryidæ: ita enim Galli suos appellant magos Iulico, &c. Cæf. lib. 6. bell. Gall. Druidæ rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurret, magnoque sunt apud eos in honore: nam serē de omnibus controversiis publicis, privatisque constituunt. Et si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hereditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, præmia, poenarūq; constituunt. Vide de his plura apud Cæsarē, quæ hic brevitate causa omittimus. Hanc religionem (inquit Suetonius) sub Augusto interdictam, Claudius imperator quintus poenitis abolevit. Pro iisdem etiam dicimus Druides, Druidū, per tertiam declinationem. Cæsar bell. Gall. lib. 6: Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Et paulo post: His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summā inter eos habet auctoritatem.

**Drylæ**, *Drylæ*, vicus, *voussaint*, procul à Pontica Trapezunte, Stephan.

**Dryme**, *Dryme*, Vrbis Libyæ, Steph.

**Drymia**, *Drymia*, Vrbis Phocidis, Steph.

**Drymusa**, *Drymusa*, Insula Ionis, Steph.

**Drymodis**, Peloponnesi regio mediterranea, postea Pelasgis, & novissimè Arcadia dicta. Plin. lib. 4. cap. 6.

**Dryope**, *Dryope*, vel *Dryopis*, urbs circa Hemoniæ Dryopes autē circa Octam, à Dryope Eurypyli filia dicti sunt, Steph.

**Dryopis**, *Dryopis*, Populi Epironici, de quibus Strabo lib. 8. & 11. Virgil. 4. Aeneid. Cretesque, Dryopesque sicunt, pictiq; Agathyrsi.

**Dryopta**, *Dryopta*, *Dryoptis*, regio Dryopum circa Trachinam, Stephan. Vide CYTHNVS.

**Drys**, *Drys*, Vrbis Thraciæ, & alia Oenotrorum: item vicus Lyctæ circa Arum fluvium, Steph.

**Dryfus**, vir Trojanus apud Homerum in Iliade.

**Dryfus**, *Dryfus*, Samos olim dicta est, Steph.

**D** ante **V**.

**Dubis**, Gallis fluvius, Vesuntionem Sequanorum oppidum medium secans, Dolamque alluens. [German. *Die Dub* / *ist ein flus in Burgund* / *flusst gen Wisan* vnd *Doll* / *heist jent le Doux*.] Meminit ejus Cæsar, lib. 1. bell. Gall. A nonnullis Aldualdubis appellatur.

**Dubitapes**, filius egregius, qui vasa ex rubra creta primus finxit.

**Duellonam**, Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone lib. 4. de Lingua Latina. *duo*.

**Ducena**, *Ducena*, Vrbis Cadurcorū in Gallia Aquitania, apud Ptolemaeum, lib. 2. cap. 3.

**Duellius**, sive (ut alii vocant) Duellius, Nomen civis Romani, qui primus Romæ navali certamine triumphavit. Is jam senex & trementi corpore, in quodam iurgio audire exprobrari sibi os factum, & tristis se domum contulit. Quamque uxori

quectus esset quare nunquam se monuisset, ut hinc vino mederetur: Fecissem (inquit illa) nisi purassem omnibus vitiis se os dolere. Cic. in Orat. Quid vero licentius quam quoddam hominum etiam nomina contraherent: quod essent approbatum ut Duellum, bellum, & Duis, bin sic Duellium cum qui Penos classe devicit. Bellum nominaverant, quum superiores semper appellati essent Duellii.

**Dulichias**, *Dulichias*, Insula est in mari Ionio, non procul ab Ithacæ, una ex iis quibus Ulysses imperabat. Virg. 3. Aen. In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus, Dulichiumque, Samoque, & Nestos ardua saxa.

**Dulichias**, a, um, Propertius: At quum Dulichias Pallas speratur ad aras.

**Dulopolis**, *Dulopolis*, Ger. *Kastellan in Libyen* id est, Scythorum civitas, in Libya est. Alia Hierodotolum est, in qua unicus liber est. Ajunt & in Creta Dulopolin esse mille virorum. Est etiam parva regio in Aegypto hujus nominis, Steph.

**Dumatha**, *Dumatha*, Vrbis Arabiæ, Steph.

**Dunsum**, *Dunsum*, Ptolemæo urbs est Britannicæ, inter Aulfrum, & Occalum sita.

**Dura**, *Dura*, [N. 177. *dura*.] *Dura*, Stephano, oppidum Mesopotamiæ, cujus incolæ dicuntur Dureni, *Dureni*.

**Duram**, *Duram, Stephanus, Quidam putant esse nomen fluvii, circa quem gigantes turrim Babel fecerunt. Alii volunt esse campum. Vide est apud Danielem in campo Duram fluvium Nabuchodonosor statuat.*

**Duria**, sive Durias, *Duria*, Straboni, fluvius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sactonem se exonerant. Plin. lib. 3. cap. 3. & Pomponius lib. 2. Salust. Turiam vocat, lib. 4. Historiarum: Inter læva moenium dextrum flumen Turia, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. Quam scripturam rationem in Claudio quoque observavimus, qui sic habet: Floribus & rosis formosus Turia ripis. Phocas, aliiq; nonnulli non incedentes Grammatici, nomen hoc neutro genere effecerunt commendant, quemadmodum & Mulucha, pro Africa fluvio, & est & alter ejusdem nominis fluvius in latere Occidentali Hispaniæ, per Vætones, & Vaccos in Oceanum influens, teste Strabone lib. 3. Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Doriam appellat. Plin. item libro 3. cap. 16. Durias duos commemorat ex Apennino montes, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germaniæ, Sævos à Carnuntis dirimentem, lib. 4. cap. 12.

**Duriopus**, *Duriopus*, Vrbis & regio Macedoniæ, Steph.

**Durocotorum**, *Durocotorum*, Galliarum Belgicarum urbs est, Rhemorum metropolis, apud Ptol. lib. 2. cap. 9.

**Dusare**, *Dusare*, Scopulus & vertex altissimus Arabiæ: sic & Dusus à Dusaro deo, qui apud Arabes & Dacchos colunt. Gentile, Dusareni, Steph.

**D** ante **Y**.

**Dymas**, Virg. 2. Aen. Iphitus oblatam per Lunam Hypaniæ Dymasq; item Dynam, tribus Dorienum, Steph.

**Dymbrus**, *Dymbrus*, Vide THYMBRA.

**Dyme**, *Dyme*, Vrbis Achaicæ ultima ad occasum, quam Antimachus Cauconidem à Caucone fluvio cognominat, Steph.

**Dymnène**, Vide in D ante L, ubi male collocatum est.

**Dyndasum**, *Dyndasum*, Vrbis Caricæ, Steph.

**Dyrhaci**, *Dyrhaci*, Populi ad Baëros & Indiam pertinentis. Vide plura apud Steph.

**Dyrhachium**, *Dyrhachium*, Vulgè *Durace*. Germ. *Die Eist* in Macedonia am Adriaticæ in Mare setegæ. Vrbis est in parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, distans à Boudulo CXXX. M. pass. trajectu. Didum autem voluit Dyrhachium à nomine ejus qui urbi portū adiecit: nam antea Epidamnus vocabatur, teste Plinio lib. 3. cap. 23. Hanc urbem Cicero exilii sui tempore amicissimam expertus est, & officiosissimam, in qua & commoratus est, donec Senatusconsulto revocaretur. Vide plura apud Steph. cui alia hujus nominis Laconiarum urbs est, una ex centum: & Illyriæ regio Dyrhachia, cuius incolæ Dyrhachii & Dyrhacheni.

**Dyspontium**, *Dyspontium*, Vrbis Pisicæ, à Dyspontio Peloponnesio, Stephanus.

**Dysfus**, Vrbis Eubœæ, *Dysfus*, Steph.

**E**

**E** antes, Nomen proprium historici Cytæci, qui fuit eadem civitate, qua Pygmalion in Oriente regnabat.

**E** antus, à veteribus dicitur est, qui postea Iam, qui in eunti anno credebatur præfide. Sept enim antiqui secundum vocalem pro terna alter paverūt, quod & ipsum testatur Quint. lib. 5. cap. 6. Quis loon e quoq; i loco fuit, ut Meneria, & Leber, & Mageber &c. *E* Irinus.